



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentarii Explicationum in reliquos quatuor M. T.  
Ciceronis Tusculanarum Quæstionum libros ...**

**Camerarius, Joachim**

**Basileae, 1543**

**VD16 C 370**

Ad Danielvm Stibarvm Ioachimvs Camerariysi Pabergensis  
Praestantissimo uiro Danielo Stibaro Canon. Vuircepurgensi, S. D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70326)

AD DANIELVM STIBARVM  
IOACHIMVS CAMERA  
RIVS PABERGENSIS PRAESTAN  
tissimo uiro Danielo Stibaro Canon.  
Vuircepurgensi, s. D.



*E* quibus scribis, ea mihi, ut de  
bent, pro summa coniunctione no  
stra, & singulari affectione ani  
mi erga me tui, tantæ curæ erūt,  
ut maiori esse nequeāt. Reliqua,  
cūto scilicet *σνμυαυῖ*. Vino admodum delector, et  
incorruptum ad me, ut uidetur, peruenit: de quo  
nuper gratias ægi tibi, sed planè ueterat orie: ho  
mo, ut nosti, simplex. Cum enim plurimum non mo  
do huius, sed innumerabilium beneficiorum nomi  
ne, tibi me debere confiterer, Ciceronianam sen  
tentiam posui: ESSE ANIMI INGENVI,  
CUI MULTVM DEBEAS, EIDEM  
PLVRIMVM VELLE DEBERE.  
Sed me tibi notum esse certe scio, & sic te accipe  
re nostra ut dicuntur, id est in optimam partem  
omnia. Tibi tamen parcemus, sed *ἀπὸ σπόδων*, ἢ  
*ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν* si quid decerpi poterit, eo utemur. de  
quo tu uidebis. In poculo quidē fuisti planè *υἱαρο*  
*πρωῶν*, de quo et ipso nuper gratias tibi ægimus.  
scal

EPISTOLA.

sculptura autē ostenditur à me *Επισημοτάτως* a  
 micis nostris, in qua cum alia omnia admodum, tū  
 hoc, PROBATAE FIDEI ERGO, me  
 mirifice delectat. Sed de his satis, ac plus fortas  
 se quàm tu uelis. Quod de uersu quæris annotato  
 à nobis ex Euripide in secūdo de Finibus, quodq̃  
 te miratum fuisse scribis quid esset: scito me etiā  
 cum inspexissem, non satis mirari potuisse, quid il  
 la annotatio sibi uellet. Redij igitur ad uestigia  
 quædam, quibus quid à me factum esset de præhen  
 derem, & recollegi cartas in quibus quæ annota  
 turus essem designaueram: nam descriptionem i  
 psam *ὡς τὸ γράφει* expressori miseramus. atq; de  
 præhendi tale quiddam nos informasse, quod illo  
 loco perscriberetur:

Suavis est præteritorum malorum memoria. ) ce  
 Alij laborum, idq̃ uerum. sic enim uersus Græ ce  
 cus memoratur, *ἀλλ' ἰδὲ τοι σθεσύντα με μνησθῆναι πόνων.* ce  
 Sed prior lectio ad Græca alterius sententiæ re ce  
 spondet. Est enim uersus in Oreste, *ὦ πότνια λιβη ce*  
*τῶν λακῶν, ὡς εἰ σοφῆ.* Sic igitur fac habeas, et ad hūc  
 modum corrigas, siue nostræ festinationis, seu in  
 curiæ aliorum peccatum. Vale: &  
 nos, ut facis, ama. Id. April.